



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus Iuridico-Politicus De Iure Superioritatis Ac
Summa Potestate Rom. Pontificis**

Wesseling, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1662

VIII. Amvrathes II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64514](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64514)

humete captus anno 1414. strangulatus est, postquam Constantinopolim frustra obsedisset, & in Christianos plurimum sævisset. Mahumetes cum suis vicinis pacifice vixit, Christianos non adeò multum vexavit, sed quietè an. 1521. in fata concessit. De hoc vid. *Aurifod. pag. 1695.*

VIII.

AMVRATHES II.

Filius Mahumetis Constantinopolim obsedit, sed frustra: Nam Christianis occurrentibus, & obsessis viriliter repugnantibus, magno sui damno, & confusione in Asiam redire coactus est. Uxorem habuit Despotæ in Servia Georgii filiam, qui cùm bellum contra Caramaniam instituisset, Ladislaus Hungariæ Rex de consilio Legati Apostolici Eminentissimi Cardinalis Principis longè prudentissimi cùm valido exercitu ingreditur Myssiam, ubi apud oppidum *Varnam* res ad conflictum pervenit, in quo primùm Christiani rerum potiti, postea verò unà cum Rege, & Cardinali usque ad interencionem deleti sunt, quamvis

O 6

in

P. 11
220

in eo prælio etiam plusquam 30000. Turcarum occubuerint. Post hoc Peloponsum, & præcipue Albaniam intravit; cù tamen generosus Scanderbegus Georgius Castriotus fortissimè restitit. Sæpè quoque à Joanne Hunniade cæsus est. Obiit a. 1450 postquam 31. annos regnasset, & Christianorum plusquam centum millia, aut fame, aut ferro necasset, *Aurifod. p. 1695.*

IX.

MAHMETES II.

Filius Amurathis II. à matre sua ad Christianismum perductus, & educatus fuit. At postea defecit, & nec Christianus, nec Turca remansit. Hic a. 1453. Constantinopolim, seu Byzantium Imperatorum Orientalium residentiam cum exercitu 400000. obsedit, ac superavit, seque primum Orientalium Imperatorem confituit. Et sic augustissimum, & opulentissimum Orientale Imperium sub Constantino Magno coepit, & sub Constantino XI. Imp. desit, cum inexplicabili totius Christianitatis luctu, & exitio, Constantino, & Augusta cum toto Nobilissimo Gyneca in frusta concidi, & ad turres civitatis sub pendere.